## LORSCH S. Nazarius, ab an. 1249: B.M.V.

Lau-, Larissa, Lauresham, Lauris-, Lorisheim, Lorse.
Vitetur confusio cum Lorch, abbatia OSB in Württemberg.
Prope Worms versus orientem, Hessen. Dioec. Mainz.

Celebris et opulenta abbatia monachorum OSB anno 764 fuerat fundata. Abbas factus est princeps imperii, et regnavit amplum territorium. Inde invidiae a parte archiepiscoporum Moguntinensium, quibus anno 1232 disciplina collapsa ansa fuit monachos ejiciendi, et bona principatumque sibi arripiendi. Primo Laurissa, maxima parte bonorum et dignitate principali quidem orbata, data est Cisterciensibus ex Eberbach. Qui sustinere ibi noluerunt, ideo Sigisbertus III archiepiscopus anno 1248 advocavit Praemonstratenses ex Allerheiligen. In catalogo Ninivensi, paulo post probabiliter redacto, designatur ut „specialis filia Praemonstrati". Etsi initio bene se evolverit, tamen nullo modo tanti momenti umquam fuit quam fuerat antea abbatia OSB. Advocatia primitus penes comites palatinos, sub archiepiscopo Heinrich von Virneburg 1338/46 definitive transiit ad Moguntiam. Quae eam saepius aliis oppignoravit, ita an. 1314 et 1461. Incorporatione enim facta est „monasterium Moguntiae proprium" (Mainzer Eigenkloster). Parochiae administratae et incorporatae: Heppenheim 1266, Mörlenbach 1267, Steinbach 1269, Lorsch 1289, Wiesloch 1293, Schwanheim, Jugenheim[1],

---

[2] Secundum Galliam Chr. l. c. – In documentis vero pro hisce annis nullus abbas occurrit.

[1] Parochus hanc parochiam administrans residentiam habuit in vicino monasterio Heiligenberg. (Vitetur confusio cum canoniis ord. nostri huius nominis in Dioc. Verdensi et in Moravia, et cum monasterio OSB prope Heidelberg) Hoc asceterium, quod Stis. Perpetuae et Felicitati dedicatum et ideo aliquando „Mons Stae. Felicitatis" nuncupatum erat, fundatum est anno 1245 pro Clarissis ab Agnete de Birkenbach. Anno 1413 Joannes Archiepiscopus Moguntinus hunc parthenonem suppressit



ELENCHUS

Waldmichelbach et Lichtenklingen. De parthenone Steinbach vide infra. Saeculo XV canonia fuit valde depauperata. Anno 1473 reformatur. Anno 1527 conventus de Münsterdreisen cęssavit suam canoniam cum omnibus bonis praeposito Laurissano. Anno 1557, introducto lutheranismo, expellitur conventus, anno 1619 supprimitur, et anno 1621 ex integro comburitur, nec amplius est reconstructum. Frustra ordo canoniam, quae facta est proprietas sedis Moguntiae, reclamavit ab Archiepiscopo. Capitulum Generale anno 1631 canonicum quendam Parcensem nominavit praepositum in Lorsch, qui immo a Sta. Sede anno 1640 confirmatus est. Sed Moguntia nihil reddidit. Post annum 1648 monasterium paulatim diruitur, anno 1753 maior pars ecclesiae. Anno 1803 bona et principatus venerunt ad Hessen-Darmstadt. De monasterio nihil fere superest nisi celebre illud peristylium ex tempore Carolingorum, et pars ecclesiae. Praeclara bibliotheca, pretiosis manuscriptis ditissima, primo ablata est in Heidelberg, ab anno 1632 est tamquam „Palatina" in Vaticano.

Archivalium maior pars periit. StA Darmstadt: 2 diplomata 1327/47, 4 convoluta docum. a saec. XVI. Copiarium 1567/1608, Liber privilegiorum saec. XVI – HStA München, Mainzer Urk. nr. 62/64, 1892, 2187 – Permulta inveniuntur (s. XVI et XVII) in BMun Nancy 992/X, f. 29/79 – Necrologium Laurishamense, Univ. Bibl. Würzburg Mp th. f. 132, Bll. 59/108 edd. Schannat, Vindemiae Literariae cf. ind. –

Bibliographia: ACG 1498 34, 39 – Berger 1234 – Brackmann GP II 105 – Brunner 752 – Canivez II 108 – Chmel RegRup 2209 – Cottineau 1656 – Demandt I 288/91, II – Dolista Capsax 149 – Form. Pr. Nr. 71, 233, 250, 255 – Gall. Chr. Nova V 695 – Glasschröder Urk. cf. ind. – idem, Neue Urk. – Goovaerts II 230, IV 164 – Gottlieb 334/37 – Grote 311 – Gudenus IV 90 – HHD IV 287 – d'Hoop Inv. Gen. Arch. Eccles. Brabant III 5318 – Hugo II 23/30 – Janauschek lxix – Köhler Ilf. Reg. cf. ind. – Lettr. com. Jean XXII 26381, 26383 – LThK VI 648/49 – Lienhardt Eph. Hag. 135 – Miraeus ODH II viij – Mueller II 444/48 – Potthast RPR 11649 – RAM (Boehmer) II 298 – Reg. Benoit XII 4669 – Reg. Imp. V 14716, VI 2, 923 – RepGerm II 411, IV 2590 – Waefelghem 153, 379 – Wagner Geistl. Stifte I 115/35, 162/66, 170, 177 – Widder I 7, 117 ff. – Zak PAM – F. Behn, Kloster L. Mainz 1936, 2. Aufl. 1949 – A. Brück, Die letzten Pröpste von Lorsch, Anal. Praem. XL 1964, S. 159/60 – idem, Lorsch und Mainz im Mittelalter, in „Laurissa Jubilans. 1200 Jahre Kloster L. Festschrift 1964" S. 145/53 – K. Dahl, Historisch-topographisch-statisti-

---

et cum bonis suis canoniae nostrae Laurissanae univit, „Propter tenuitatem utriusque dotationis". Lorsch vero vix ibi domum formatam cum conventu proprie dicto umquam erexit, etsi in documentis annorum 1478 et 80 Heiligenberg expresse ut „monasterium" a Laurissa distincto adducatur. Videtur fuisse nil amplius nisi domus parochi Jugenheimensis, quod etiam innuit H. Moeller, Die Kirchen zu Zwingenberg und Jugenheim und das Kloster auf dem Heiligenberg, in AHGA NF XIII (1922) 173/85. Anno 1631 monasterium cum ecclesia iam erant in ruinis. Cf. etiam Mueller I 307 ff., Dahl, (v. Lorsch) 104/05, et Backmund, Neuere Forschungen 70.

sche Beschreibung des Fürstentums L. Darmstadt 1812 – H. DAMMANN/K. HENKELMANN, Die Kunstdenkmäler des Kreises Bensheim, Darmstadt 1914, S. 190/220 – F. FALK, Geschichte des ehemal. Klosters L., Mainz 1866 – IDEM, Über Entstehung, Verschleppung und dermaliger Verbleib der Lorscher Bibliothek (ZBBW 26. Beiheft) – G. HELWICH, Antiquitates Laurishamenses sive chronologia, Frankfurt 1631 – K. HENKELMANN/E. ANTHES, Das Kloster L., Bensheim 1922 – F. HERRMANN, Die Protokolle des Mainzer Domkapitels 3 Bde. Paderborn 1932, cf. indd. – F. KIESER, Beiträge zur Geschichte des Klosters L, 2 Teile Bensheim 1908/09 – F. KNÖPP, Versuch des Präm. Ordens zur Rückgabe und Wiederrichtung der Propstei L. (Reichsabtei Lorsch Bd. I, Darmstadt 1973 S. 677 ff.) – F. KOOB/S. WERNER, Die Bemühungen des Präm. Ordens während des 17. Jahrh. um die Rückgewinnung des Klosters L. (Die Starkenburg 1/2, 1964, S. 4/6) – P. KUNZ/P. SCHNITZER, Die Prämonstratenserpröpste des Klosters L. (Geschichtsbll. des Kreises Bergstraße, Sonderband 4, 1978, S. 335/49) – W. SELZER, Die Geschichte des Klosters L. von 1232 bis 1803 (Laurissa Jubilans 153/58) – IDEM, Die Pröpste von L. Geschichte des Klosters 1248–1619 (ibidem 174/81). –

### Series praepositorum (Dahl. Brück, Selzer)

Heinrich 1248–51
Konrad 1256–57
Burchard 1257–65
Heinrich 1283
Johannes Amelle 1293, res.
Julius Schenk v. Erbach –1325
Nikolaus 1327
Petrus (v. Sponheim?) 1328
Wycholas 1338
Konrad v. Dalsheim 1345/49
Konrad Echter 1364
Johann (v. Sponheim?) 1387
Jakob v. Dudenfeld 1398–
Antonius 1403/12
Ulrich Echter 1417/23
Jacobus 1423 res.
Konrad v. Habern 1427/36
Antonius 1443/45
Lukas 1449/58
Johann Eckel 1459
Eberhard 1463/65 res.
Johannes Link 1467–78 res.
Eberhard v. Wasen 1478–88
Eberhard Scheublein 1488–93 res.
Johannes Sellater 1493/97
Johann Murer 1497
Lukas Nikolai 1498–1508
Heinrich Schwarzenberger 1509–13
Anton Böhler 1513–19
Peter Schnorrenpfeil 1520–27 res.
Jakob Zentner 1527–55
Johann Carpentarius 1555–66
Norbertus Horrichem 1626 nominatus
Joannes Bapt. van den Bossche 1636/40[2]

[2] Joannes Van den Bossche, canonicus Parcensis, primo fuit missus anno 1628 in Germaniam, ubi nomen suum latinizavit in „Sylvius". Fuit vicepraepositus in canonia S. Mariae in Magdeburg, et tentavit restaurationem monasterii Sti. Wiperti in Quedlinburg. His tentaminibus in Saxonia frustratis, missus est tamquam praepositus in Lorsch, tamen nihil efficere potuit contra tenacitatem archiepiscopi, qui nulla monasteria saeculo anteacto saecularizatia et postea illi addicta, ordinibus suis reddere voluit. Obiit circa annum 1660 (GOOVAERTS II 230).

Inseri nequeunt (ex necrologio)

Johann v. Sponheim 26. I
Friedrich 30. I res.
Johann Koch (Cocus) 25. IV res.
Anton Koch (Cocus) 5. VI
Friedrich 30. VI res.
Friedrich 26. VIII res.
Gerlacus 27. VIII

## MARIENTHAL B.M.V.

Mergenthal, Sante-, Sent Mariendayl, Vallis Ste. Marie.
In valle solitaria prope Rockenhausen, juxta montem Donnersberg, Rheinpfalz, Dioec. Mainz, nunc Speyer. Vitetur confusio cum aliis coenobiis huius nominis, qui fuerunt pluries O. Cist.

Parthenon fundatus una cum canonia Münsterdreisen, cui fuit semper subditus. Fundatus est in Bethlenrode prope Arnstein inter annos 1139 et 44 a Ludovico comite de Arnstein. Translatus est anno 1144 in Stetten (prope Kirchheimbolanden?) dein paulo post definitive in M., ubi asceterium bene dotatur a dicto comite, et cito bene effloruit, iam anno 1148 genuit filiam Enkenbach. Advocati erant iidem qui abbatiae Münsterdreisen, primitus domini de Staufen, ca. an. 1220 Bonlanden, dein Hohenfels, a saeculo XIV autem Spanheim-Simmern. Moniales elegerunt sibi praepositum et capellanum ex conventu Münsterdreisen, sicut et parochum in Rockenhausen, quae parochia eis ab an. 1231 fuit incorporata. Ecclesia asceterii, quod fuit nobile, erat sepultura comitum de Falkenstein. Anno 1523 ultimus abbas de Münsterdreisen una cum canonia sua et asceterium M. tradidit praeposito Laurissano. Qui an. 1541 cessavit M. iam diu vacuum et desolatum Electori Palatino. Anno 1553 de licentia Stae. Sedis a Friderico III Electore Palatino est suppressum et cum omnibus bonis suis collegio S. J. Moguntino est unitum. Sed mox venit in manus laicorum. Ecclesia ab an. 1557 fuit parochialis protestantium. Frustra tentavit Arnstein restaurationem eius anno 1630. Anno 1843 ecclesia gothica solo aequata est. in constructione novae ecclesiae multa ornamenta gothica antiqui templi iterum sunt apposita, secus de parthenone illo fere nihil superest.

Archivalia post annum 1385 supersunt nulla. – StA Speyer: Abt. Falkenstein nr. 35/41a, Kurpfalz Nr. 752, 753 – HStA München Rheinpfälz. Urkunden nr. 327, 365, 1360/65, 1368, 1478 – StA Luzern Gattererapparat nr. 37, 338, 428, 449 – Arch. d. Evangel. Landeskirche Speyer, Pfarrarchiv Marienthal: (descriptio et delineatio ecclesiae an. 1842)

Bibliographia: BECKER 187, 329 – de BUCK 112/13 – DEHIO/GALL Pfalz Rheinh. (1951) 133 – FREY/REMLING Urkb. des Klosters Otterberg, Mainz 1845, Nr. 206, 207 – GLASSCHRÖDER Urk. Pfälz. KG I 573, 581, 686, II 305, 312; item Neue Urk. nr. 323 – HAEBERLE III 152, V 233 – HHD V 227 – HUGO I 206, II 1033 – KDB Pfalz II Landkr. Rockenhausen 160 – REMLING II 165/67 – STAMER cf. ind. – WAEFELGHEM 160 – WÜRDTWEIN Mon. Pal. V 443, VI 148, 149 – ZAK PAM 8 – K. HERQUET Urkundenbuch des Klosters Arnstein 1142–1446, Wiesbaden 1883) nr. 77 – A. HOFFMANN, Kloster M. am Donnersberg, Landau 1957 – MAYERHOFER/GLASSCHRÖDER, Die Weisthümer der Rheinpfalz s. 1. 1892, p. 109ff.

Praepositi vel priores (Hoffmann)

Gerlach 1190
Herrmann ca. 1215
Rudeger ca. 1225
Johannes 1231
Henricus 1251
Werner 1277
Johannes 1291

Magistrae vel priorissae (ibid.)

Gisela 1251
Mechtild 1277
Elisabeth 1291
Adelheid 1291
Gertrud 1304
Gudela 1312
Katharina 1333
Margaretha 1353
Irmengardis 1376
Demut v. Ripelskirchen 1385

## MEERHOLZ B.M.V.

Meir-, Miroldes, -dos, -da, -dis, -olz, -huld, Meroz.
Prope Gelnhausen, Diöz. Mainz, nunc Fulda.

Parthenon, prioratus. Moniales monasterii duplicis de Langenselbold probabiliter anno 1151 translatae sunt in Rode, dein in Tiefental, et postremo ante annum 1173 in Meerholz. Hoc anno nempe bona eius ab illis canoniae matris sunt seiuncta. Anno 1217 et adhuc 1251 adsunt „prior et fratres“. Anno 1295 numerus monialium restrictus est ad 40. Ecclesia incorporata: Mitlau. Anno 1529 visitatio, anno 1555 traditur comiti de Isenburg-Büdingen, qui anno 1564 asceterium supprimit et vertit in castellum. Pauca residua illius supersunt. Annis 1629/31 conatus archiepiscopi Moguntini, hoc monasterium sibi arripiendi, frustrati sunt.

Archivalia: Fürstl. Archiv Büdingen: Urkunden, Akten, 3 Repertoria saec. XVII, Historia monasterii Miroldini. – Fürstl. Archiv Birstein: Nr. 11333, 12737 (Restitutio an. 1628/30) – StA Marburg: Hanau, Urkunden – StA Würzburg: Mainzer Regierungs – A. L. 738; Ingrossaturbücher 56, 103 u. 225, 61, 263. –

Bibliographia: BATTENBERG III 1003, 1112 – BUENGER 19, 145 – DERSCH Hess. Klb. 1: 89/90 2:117 – GUDENUS III – HAUCK IV 977 – HHD N 300 – HUGO nescit – JOANNES II 816 – RAM (WILL) II, (VOGT u. VIGENER) cf. ind. – RegImp V cf. ind. – REIMER I/IV – RepGerm IV 2806 – ROMMEL I – WAEFELGHEM 163 – WENCK II – WICHNER cf. ind. – WÜRDTWEIN Prosp. III – ZAK PAM 9 – L. BICKELL, Bau und Kunstdenkmale des Kreises Gelnhausen, S. 81, 159ff. – M. SCHAEFER, Heimatbuch des Kreises Gelnhausen, Marburg 1921, S. 191/95 – G. SIMON, Die Geschichte des Hauses Ysenburg und Büdingen, Frankfurt 1865, I 38.

Series praesulum (BATTENBERG)

Adelger, praepositus 1173
Goswinus (ut sequentes, prior) 1217
Reinbold 1345
Joannes Schmitt 1361/84
Friedrich Ensheimer 1392
Johann Weißbecker 1456/85
Hermann de Lauter 1485/89

Magistrae

Benigna 1173
Isengard 1251/58
Sophia 1322
Guda Goldsack 1334/45
Greda 1346
Adelheid v. Rückingen 1349
Jutta v. Hutten1357/61
Guda v. Rohrbach 1363
Elisabeth 1364/67
Adelheid v. Mosbach 1369
Katharina (Urleuge?) 1376
Hebela Schelter v. Bleichenbach 1383/99
Metze v. Weiler 1403
Kunigund v. Hedisdorf 1426/77
Anna Nebenzahl 1479/80
Margareta Faulhaber 1485—
Dorothea v. Babenhausen 1517–47
Anna v. Muschenheim post 1547

## MÜNSTERDREISEN St. Saturninus

Monasterium, Munster, Münster, -Dreise, -Traisa, -Treysa, -am Treysen.
Ad flumen Pfrimm prope Göllheim, non longe a monte Donnersberg, Landkreis Kirchheimbolanden. Dioc. Mainz, nunc Speyer. Hodie vocatur „Münsterhof".

Praepositura, dein (1317) abbatia. Fundata pro monialibus OSB a comite (Gaugraf) Nanthar ca. annum 863. Fuit potens et dives, unum ex antiquissimis coenobiis Palatinatus. Anno 951 ab Hungaris devastatum, dein factum est proprietas dynastiae Hohenstaufen, quae circa annum 1076 canonicos regulares OSA ibi constituit. Monasterium duplex. Anno 1144 moniales tantum, et quidem collapsum valde. Duces Fridericus II Sueviae et Dietricus co-

mes Alsatiae hoc anno coenobium tradiderunt Ludovico comiti Arnsteinensi, manente advocatia haereditaria domus Staufen. Ludovicus canonicos O. Praem. ex Arnstein ibi instituit, sub Marquardo capellano suo, primo praeposito. Moniales advocatae ex Bethlenrode collocantur in Stetten, de quo vide infra apud Mariental. Quod asceterium, sicut et Enkenbach, canoniae nostrae fuit subditum. Ecclesiae incorporatae et administratae: Stetten, Rockenhausen, Niedernhausen 1369, Niederflersheim 1317. Abbatia primitus insignis et locuples, ab anno circiter 1300 quoad omnia coepit collabi. Anno 1523 abbas monasterium suum ab omnibus religiosis derelictum cessit praeposito Laurissano. Biennio post a rusticis devastatur. Praepositus in Lorsch monasterium anno 1541 cessavit Electori Palatino. Elector vero dedit illud de licentia Stae. Sedis cum omnibus bonis Universitati Heidelbergensi, anno 1551. Anno 1559 venit in manus privatas. Anno 1630 Arnstein frustra restaurationem conata est. Hodie loco monasterii sunt tres curiae, in quarum una est fenestra gothica, ut unicum residuum antiquae canoniae.

Archivum periit fere integrum. HStA München: 8 dipl. 1221/1400, (Rheinpfälz. Urkunden Nr. 1365/72) – StA Speyer Kurpfälz. Akten 702, 1616; Akten Baden 75½ – StA Koblenz Abt 33, Nr. 12288

Bibliographia: Bärsch 165/66 – Böhmer Act. Imp. Sel. cf. ind. – Burg 517 – Form. Pr. 233, 250 – Gall. Chr. Nova V 601 – Glasschröder Urk. I 573, 681 ff., 686 – idem Neue Urk. cf. ind. – Gudenus cf. ind. – HHD V 82 – Hopp cf. ind. – Hugo nescit – Köllner 361 – KDB Pfalz VII 232/33 – RegImp VI 1, nr. 185, VI 2, cf. ind. – Remling 103, 165 – Roth 68 – Stamer cf. ind. – Stumpf Brentano II 3468, 3985 – Waefelghem 175 – Weisthanner Reg. Otto I nr. 48 – Würdtwein Mon. Pal. V 441/51 (ibi necrologium p. 443) – Zak PAM 9 – Frey/Remling, Urkundenbuch des Klosters Otterberg, Mainz 845, Nr. 31 u. 365 – A. Hoffmann, Kloster Marienthal auf dem Donnersberg, Landau 1957 – E. Schaus, Graf Ludwig von Arnstein und die Neubegründung des Klosters M. (Nass. Annalen XXX 1899, 202/05) – H. Werle in AMrh KG 1956, pp. 323/32

Series praesulum (Glasschröder, Hoffmann)

1. Praepositi

Marquardus 1145
Burkard 1185 res.
Dudo ca. 1190
Wiricus 12..
Ulricus 12..
Rodemar 12..
Cuno 12..
Rembodo 12..
Johannes 1222/31
Baldemar 1251
Friedrich 1252
Siegfried 1258, 1275
Theodorich 1271
Volkmar 1274/80
Heinrich 1291/98
Wernher 1304/06

### 2. Abbates

Jacobus 1312/32
Konrad 1332/38
Gerhard 1346
Dielmann 1352
Heinrich 1353
Werner 1362
Heinrich 1366
Werner 1368
Heinrich 1376
Konrad 1385, 1400
Johann Rudolf 1410/27
Emmerich 1431/33
Heinrich 1437
Johann Ney 1439/58
Peter v. Dürkheim 1458/66
Johann v. Schmiedburg 1479
Heinrich v. Hornbach 1495
Werner res. 1511
Johann (Jacob) Bicker 1511–23

## NIEDERILBENSTADT B.M.V. et S. Joannis Baptistae

Unterilbenstadt, Ilbenstadt Inferius, Johannistal, Engelpforte, hodie: Nonnenhof.

Parthenon monasterii duplicis canoniae Ilbenstadt, cum qua est fundatus. Circa annum 1160 ab illa separatur et in pauca distantia de novo exstructus. Anno 1233 iam sunt „sorores cantantes“. Primitus erat exclusive nobilis. Anno 1498 reformatur, et an. 1502 sui juris est factus, propriis bonis gaudens. Numquam habuit praepositos, sed priores a sororibus electos. Bis fere exstincta communitas, aliunde adducto novo coetu sororum renovatur, ita anno 1566 ex asceterio Marienhausen (Aulhausen) O. Cist. Cum anno 1652 duae tantum sorores adessent in parthenone, praepositus Ilbenstadiensis voluit eum supprimere et bona eius canoniae suae addicere. Protestante vero magistra non successit. Adductae sunt dein anno 1665 sorores ex Altenberg, et anno 1669 parthenon quoad omnia subiectus est canoniae virorum, loco magistrae abhinc instituta est priorissa ad nutum abbatis. Status personalis 1156:14, 1463:9, 1596:3 sorores. Ab anno 1700 generatim fuerunt inter 24 et 29. Ab an. 1599 admittuntur et novitiae ignobiles, inde irae et oppositio diuturna a parte nobilium. Anno 1630 erecta est nova ecclesia. Anno 1803 suppressum est asceterium, sed permissum est monialibus vitam communem consequi usque ad mortem ultimae priorissae an. 1808. Dein factum est praedium, annis 1810–20 maior pars aedificiorum solo est aequata, una cum ecclesia.

Archivalia generatim commixta sunt cum illis canoniae virorum, vide ibi. Specialia: Dersch Hess. Klb. 1:75, 2:89 et Biedert 244/46 – idem dic de

Bibliographia. ADAMY 152/55 – FRANZ Die hessischen Klöster – HUGO I 872 (catalogus magistrarum apud eum, et apud WÜRDTWEIN est spurius) – WAGNER Geistl. Stifte I 135 – ZAK PAM – N. BACKMUND, Die Meisterinnen des Klosters N. (Anal. Praem. XXX 1954, 289/91), IDEM apud L. CLEMM, (Beiträge zur Hess. Kirchengesch. XI 1911, 55/60) – H. K. BIEDERT, Wirtschafts- und Besitzgeschichte des Präm. Nonnenklosters N (Quellen u. Forschungen zur Hess. Geschichte Bd. 26, Darmstadt u. Marburg 1973) – N. DIEFENBACH, Niederilbenstadt (AHGA VII 1, 1852, 179/82) – W. DIEHL, Der Abbruch der Klosterkirchen zu Arnsburg und Niederilbenstadt (Hessische Chronik XXI, 1934, 45/48) – L. v. DOERY, Die Barockaltäre des ehemal. Praem Nonnenklosters N. (AMrhKG XVII 1965, 334/48) – H. KISSEL in Anal. Praem. III 1927; 80/89, 1999/202 – A. ZAK ibidem VII 39/40. –

Series magistrarum et priorissarum (Hugo, Clemm)

O . . . . . ante 1180?
Sophia 11..
Anthonia 1229
L . . . . . . 1250
Elisabeth 1333
Guda 1547
Adelheid 1367
Isengard 1385
Adelheid 1387
Kuntzel Mertz 1398
Sophie von Schwalbach 1401/05
Alberadis 1422
Lyse Weiße 1439
Lyse von Schönberg 1450 (/69?)
Gela Löw 1470/94
Gertrud v. Karben 1494/98
Margarethe Waldeck 1498/1502
Gutta Wais v. Fauerbach 1509/22
Merge Riedesel 1527/62
Elspet Löw 1562/66
Elisabeth v. Rosenbach 1567/72
Anna v. Rosenbach 1574/83
Guda v. Rosenbach 1584/1608
Amalia v. Pfraunheim 1608–35
Annamaria Sterzenbach 1635–44
Katharina Österreich 1644/47 res.
Susanne Reischel 1649–68 res.
Annamaria v. Kalenberg 1668–69
abhinc priorissae:
Gertrud Singhof 1669–1712
Juliana Sauer 1712–22
Gertrud Broekel 1722–28
Maria Susanna Statter 1728–
Ottilie Störkel –1762
Norbertine Lauer 1800–03, †1808

## RETTERS B.M.V.

Consilium Dei, Gottesrath, Rechatis, Retterez, -es, Rhetirs, Retris, Röders.
In parochia Fischbach prope Königstein am Taunus, Dioec. Mainz, nunc Limburg.

Anno 1135 Bernwardo praeposito in Marienroth committitur instauratio novae canoniae in Rommersdorf, a monachis nigris derelicto. Secum sumpsit etiam sorores, quibus tradidit curiam vicinam Stein(en)bach prope Dern-

bach (Kreis Neuwied). Unde translatae sunt mox in Retters, ubi Gerardus comes de Nüringen circa annum 1144 instituerat monasterium duplex, probabiliter ab initio sub norma Praemonstratensi, qua cum communitate sunt unitae. Anno 1176 vocatur „paupercula cella". Adhuc anno 1191, quo confirmatur ab archiepiscopo, ibi fuit monasterium duplex sub paternitate abbatis de Rommersdorf, a priore et magistra directum. Saeculo XIII moniales tantum, quorum numerus an. 1293 ad 50 est restrictus. Habuit patronatus in parochiam Dornheim, ad tempus etiam in ecclesias Triesberg, Kriftel et Mittelursel. Destructio monasterii anno 1374 et desolatio subsequens totius fere saeculi, ut nonnulli auctores autumant, nullo probari potest documento. Anno 1275 confirmatio Imperatoris, an. 1304 papalis. Advocati fuerunt comites de Eppstein. A fine saeculi XIV tantopere ex paupertate elanguit, ut abbas Rommersdorfiensis saeculo post consideraverit, parthenonem committere Circariae Saxoniae, quae fuit reformata. Sed omnes conatus fuerunt in cassum. Circa annum 1500 vixerunt ibi adhuc 20 moniales, sed anno 1559 ultimae tres monasterium suum cesserunt Ludovico comiti de Königstein-Stolberg, in cuius territorium erat situm. Ultima soror obiit an. 1568. Anno 1577, comitatus unitur dominationi archiepiscopi Moguntinensis, qui fecit de eo praedium, nec voluit eum reddere ordini iterum iterumque reclamanti. Anno 1640 combustum est. Initio saeculi XVIII, cum ne rudera quidem de monasterio superfuissent, abbas Rommersdorfiensis juro sua in Retters cessit monialibus de Altenberg. Hodie est ibi „Hofgut Retters vor der Höhe". Beata monialis „Christina a Christo" non vixit hic, sed in Hane, de qua vide supra.

Archivalia: HStA München, Mainzer Urk.: 45 dipl. 1191/1392, Kaiser Selekt 2 dipl. – StA Würzburg, Mainzer Urk. 20 dipl. 1406/1569 – StA Wiesbaden: 2 dipl. s. XIII/XVII – Landesbibl. ibidem HS 71: Necr. Romersdorfiense – Stadtarch. Frankfurt 6 dipl. – Minutim v. apud Bock 80/81.

Bibliographia: Barsch 162/64 – Beyer/Eltester/Görz – Demandt II cf. ind. – Gudenus I 176, 592, 662; Cartularium: III 789/824 – Günther I 234 – HHD IV 343 – Hugo II 671, prob. 431/35 – Kleinfeldt/Weirich cf. ind. – Potthast 21634, 25430, 25434 – RegBenoit XI nr. 1321 – RegImp VIII cf. ind. – Sauer, I 1–3, ( Nr. 731, 890, 933, 969, 1153, et cf. ind.) – Stramberg, Rh. Ant. II 15/17, 648 ff., III 1, 594 – Vogel 850 – Waefelghem 208 – Zak PAM – H. Bock, Kelkheim im Taunus. Beiträge zur Gesch. seiner Stadtteile, Kelkheim 1980, 34/82 – K. Drauth, Die Grafen von Nür ing, (Forschungen z. deutschen Gesch. XXIII 1883, 368/490) – N. Fink, Kloster (Hofgut) Retters vor der Höhe, Königstein 1931 – H. Gensicke, Zur Gesch. des nassauischen Adels: die von Königstein (Nass. Ann. 86, 1975, 252/60) – T. Gerits, Christine de Retters ou de Hane (Anal. Praem. 1962, 142/48) – N. Küch, Zur Geschichte des Siegelschnitts in Hessen (Hessenkunst 1929) – N. Leidner, Kloster (Hofgut) Retters (Nassovia XI 1910, 24/25) – F. P. Mittermair, Wo lebte die sel. Christina, in Retters oder in Hane? (AMrhKG XII 1960, 75/97) – F. L. v. Richter, Geschichte des alten Klostergutes Rettershof, Königstein ca. 1850 – J. Wegeler, Die

Präm. Abtei Romersdorf, Koblenz 1882 – D. WIDMANN, Kleine Mitteilungen zur Geschichte Königsteins (Nass. Ann. XVII 1882, 50) – D. WOLF, Kriegshandlungen im Reichskrieg gegen Philipp d. A. von Falkenstein 1364/66 (Wetterauer Geschichtsbll. XXIII 1974, 21/22).

Priores (BOCK)

Richwin 1241
Embrio 1273
Nicolaus v. Andernach 1457
Nicolaus v. Mendich 1457
Hermann v. Nethge 1469
Emmerich Bock 1569

Magistrae (ibidem)

Elisabeth 1241
Elspet 1309
Alheidis v. Eppstein 1317
Elspet 1320
Agnes v. Urberg 1369
Else v. Sachsenhausen 1384
Agnes v. Neghen 1388
Else v. Praunheim 1398
Demut v. Sulzbach 1406
Stilla v. Praunheim 1434
Kunigunt v. Praunheim 1441
Agnes v. Eschbach 1453/57
Elche v. Praunheim 1457
Gutge v. Praunheim 1469
Magdalena v. Eppach 1488
Katharina v. Hattstein 1537/41
Anna v. Riedesel –1559
Hugo adducit, ex necrologiis, praeter supra allatas sequentes:
Katharina v. Schwalbach
Sophia
Gertrud
Magdalena v. Eppach
Agnes v. Königstein

## ROTENKIRCHEN B.M.V., SS Petrus et Stephanus

Rodenkirchen, Rubren, Domus Rubra.
Prope Kirchheimbolanden, Rheinpfalz, Dioc, Mainz, nunc Speyer.

Abbatia (ab initio!), fundata anno 1129 in Bolanden-Hane tamquam monasterium duplex O.S.A. Filia de Springiersbach (cf. Steinfeld et Merzig). Mox moniales tenderunt in Rotenkirchen, ubi Werner de Bolanden et Guda uxor eius, eis novum monasterium construxerunt. Circa annum 1135 ambae communitates transierunt ad Ord. Praem. Versus annum 1180 moniales Rotenkirchenses domum suam permutaverunt cum canonicis in Hane, de quo vide supra.

Abbatia R. habebatur ut filia Praemonstrati, sed practice, ut apparet etiam ex quibusdam indicibus antiquis, subfuit paternitati abbatis Vadegotiani. Parochiae administratae: Albisheim, Waldlaubersheim. Parthenon dependens: Hane. Saeculo XV est collapsa, sed an. 1495 reformata; anno 1525

devastata, biennio post quinque tantum religiosi erant superstites. Anno 1543 cum permissione Abbatis Generalis traditum est Comiti Nassoviensi, quod postea vero est revocatum. Anno 1551 monasterium iam erat omnino derelictum triennio post a comite de Nassau est suppressum. De canonia nihil superest nisi pulchrum refectorium saeculi XII, nunc in stabulum versum.

Archivalia: StA Speyer: 60 dipl. 1353/1567 – HStA München: 22 dipl. 1214/1370 (Rheinpf. Urk. nr. 1417/38) – StA Koblenz 1 dipl. 1492, 1 copia 1231 (cf. AUSFELD 100) – StA Wiesbaden: ca. 26 dipl.

Bibliographia: Baudenkm. d. Pfalz II (1892) 140/49 – CHMEL Reg Rup 579 – FormPr nr. 71, 233, 255/59 – FREY III 241/52 – Gall Chr. N. V 600/01 – GLASSCHRÖDER Urk. II 316 – IDEM, Neue Urk. cf. ind. – GUDENUS I 657, 659, II 635, 641, IV 119 – HAEBERLE III 199 – HHD V 314 – HOPP 118 ff. – HUGO I 631 – KOELLNER 326/32 – KDB Pfalz VII 277/90 – LThK VIII 933 – MGH Ep. Sel. III 688 – POTTHAST 18 157, 18 262, 18 268 – Reg. Imp. V 727/28 – REMLING II 112 ff., 131/36, 340 ff. – Rep. Germ. IV 856, 3211 – STAMER cf. ind. – Sulzb. Kal. 1894, 57/66 – WAEFELGHEM 213 – WUERDTWEIN Mon. Pal. VI 251 – ZAK PAM – H. BÜTTNER, Das Privileg Lucius III von 1182 für das Präm. Stift R. bei Bolanden, ZGOrh, CVII 1959, S. 24/39 – E. HAUSEN, Otterberg und die kirchliche Baukunst der Hohenstaufenzeit in der Pfalz, Kaiserslautern 1936; 69, 77 ff. –

### Series abbatum (StA Speyer)
(vide etiam Hane)

Stephan 1160/85
Peregrinus 1190
Gerhard 1202/31
Wolfram ca. 1235
Eberhard 1250
Ludwig 1258/65
Heinrich 1270/80
Gottsmann 1284/96
Hermann 1305/11
Heinrich 1327/32
Ulrich 1352
Johannes 1353/69
Nikolaus v. Walderten 1395/1418 res.
Mathias Giesebrecht 1° 1418/19
Gerardus Schmutzel 1419[1]
Johannes 1423/26
Mathias Giesebrecht 2° 1434/43
Johann Boiß 1447/60
Johann Heil 1461/69
Friedrich v. Dieburg 1470/73 res.
Johann Klenk 1473/77
Johann v. Mayen 1489/95
Peter Rose (Rudlis) 1495–1504
Johann v. Wachenheim 1504–15
Nikolaus Rauschkolb 1527–48
Peter Sutor 1548–54

Inseri nequit: Hugo 12.. 19. V.) (Necr. Rommersdorf 15. 4; Obit. de Prémontré

[1] Rep. Germ. IV 856.

# WADGASSEN B.M.V.

Wadegozzin, Vade-, Wadegocia, -gotia, -gossinga. Gallice: Wadegasse, Val de Gossenges.

Prope Saarlouis, Lotharingia, nunc Saarland, Dioc. Trier.

Abbatia (ab initio), caput Circariae, dignitate et magnitudine secunda in tota Germania. Perantiqua curia regia erat postremo proprietas comitum de Saarbrücken. Friedrich de Saarbrücken per testamentum eam destinavit pro fundatione canoniae secundum regulam Sti. Augustini. Quod Albero archiepiscopus Trevirensis perfecit: advocando scilicet Praemonstratenses anno 1135 ex archicoenobio, et iam biennio post consecravit primam ecclesiam. Monasterium duplex adhuc anno 1284[1]. Usque in finem saec. XIV mansit necropolis comitum de Saarbrücken. Venerabilis Fridericus canonicus huius ecclesiae, socius quondam Sancti Norberti, propria capella ei dedicata honorabatur. Canonia haec dives et florens, quae gloriabatur se semper mansisse germanicam (allzeit teutsche Abbtey), possedit plus quam 200 vicos et praedia, saeculo XVIII redditus eius fuerunt 12534 librarum. Advocati eius erant primo archiepiscopi Trevirenses, saec. XIV comites de Zweibrücken, dein duces de Pfalz-Zweibrücken, a saec. XIV duces Lotharingiae conati sunt advocatiam sibi arripere, cui definitive renuntiant an. 1581. Postremo comites de Nassau-Saarbrücken, ab an. 1766 reges Galliae. Abbatia habuit collegium studiorum Treviris, et praeposituras in Merzig, Kleinbockenheim (ambo vide infra sub „dubiis" et „praetermissis") Saarbrücken et Berus[2], diu etiam Hagenau ab ea dependebat. Veluti parva dioecesis circumdabant eam 57 suae ecclesiae et parochiae incorporatae, quo numero nulla alia canonia ordinis potuit gloriari. Ex illis ipsa administrabat exponendo sequentes: Liesdorf, Bous et Puttlingen, Britten, Roden, Köllerthal, Eiweiler, Schwalbach, Hostenbach, Saargemünd, Neunkirchen, Eschweiler, Merten, Bliedersdorf, Ebersweiler, Omersheim, Bieringen, Villingen, Onesheim, Ransbach, Saarbrücken, Hornbach, Ensheim, Kleinbockenheim, Buschweiler, Völklingen. A saeculo XVI graviter bellis et aerumnis a parte vicinorum acatholicorum vexabatur. Abbas Joannes Adami (1667/77) infulatus est. Anno 1635: 11 DD, 1700: 52, 1768: 66.

Constructio magnificae novae ecclesiae annis 1748/52 constabat 270000 libris. Disciplina in hac abbatia optima viguit usque in finem. Quamquam fuerit abbatia imperialis, anno 1766 Gallico regno est incorporata, qua de

[1] De parthenone fere nihil scitur, ideo eum separatim non inserimus.

[2] In Berus commorabantur 4 canonici, sed nihilominus ut domus formata considerari nequit.

causa paulo post Circariae Campaniae se aggregavit. Etsi fractio conventualium, anno 1790 faverit revolutioni gallicae et a gubernio Parisiensi petiisset dissolutionem, ultimus abbas maiorem et saniorem partem induxit ad fidelitatem erga Ordinem et vota, et instanter contra leges impias suppressionis protestatus est apud Caesarem. Ita suppressionem canoniae adhuc per biennium potuit differre. Post suppressionem elegans templum et fere omnia aedificia sunt solo aequata. Abbas Bordier legavit summam considerabilem in abbatiam Strahoviensem ad restaurandam aliquando suam canoniam, sed in cassum. Pauca quae de ea supersunt, hodie sunt pars figlinae, id est fabricae ceramicae. Stalla chori, altaria et picturae nunc sunt in Saargemünd.

Archivalia: StA Koblenz (Abtlg. 218): 473 dipl. 1080: 1779, 153 copiae, 213 fasc. acta s. XV/1793 (multa continent acta Capitulorum Generalium et Provincialium), Zinsrolle s. XIII, Register s. XIV. Cf. Abt. I, C; 14 I et II; (nr. 2322, 2990/91); 55/4, 702 – Bundesarch. Frankfurt, Reichskammergerichts Urteilsbücher nr. 36/39, 65, 68 – Arch. d'Etat, Luxembourg: cf. v. Werveke, Publ. de la Soc. Histor. de l'Institut Grand Ducal de L. 1903, p. 278 – Arch. Dep. de la Moselle, Metz: B 61, C 21, G 294, H 3894/98, J 1027 – HStA München: 11 dipl. 1181/1335 – Arch. Dep. de la Meurthe et Moselle, Nancy: B 486, 3000, 3159, 10223, 10227, 10228, 10830, H 634, 3194 – Praha, Archivni Sprava (R. P. Strahov): aliquae chartae saec. XIII/XVII, Liber copialis s. XVIII cum copiis dipl. 1135/17.., correspondentia ultimi abbatis; C XXIV/142, nr. 85, 591, 619, 715, 296 – Cartotheca in qua inveniuntur omnes Praemonstratenses ibidem annis 1673/1798 ordinati 736, 768, 779, 874. Histor. Verein Saarbrücken: Akten s. XVII/XVIII – Bistumsarchiv Trier: Abt A I 126/135, Abt. 45, 2; et 95 nr. 251 (2 dipl. 1357, 1450; 12 docum. s. XVII, Annales Wadegotienses 1692, Catal. Abb. 1792) 206 – StA Würzburg Urk. Repert. 128/34 fol. 112: Geistl. Sachen 2696/115 u. Abtwahl 1705

Bibliographia: Ausfeld 36, 92, 118 – Baersch 94/103 – Becker 105, 343 – Beyer Eltester Goerz I 150, 377, 532, cf. ind.; II Einleitung, III 819 – Brower Masen cf. ind. – Cat. MSSBDep XLVIII cf. ind. – Chmel RegRup 648 – Cottineau 3425 – Ewald 45, 110/12 – Fabricius cf. ind. – Form. Pr. Nr. 71, 233 – Gall. Chr. N. XIII 658/61 – Glasschröder UrkPfKG cf. ind. – Görz MrhReg I 814, 1478, 1880, IV 1266, 3097, 3098 – Handb. d. Bms. Trier cf. ind. – HHD V 389 – Hauck IV 1012 – Hugo II 1003/10, prob. 618/27 – JL 13378, 17521 – JW 9585 – Keuffer Kentenich 160, 270 – Köhler Ilf. Reg. cf. ind. – Kremer Orig. Nass. 31, 374, 428, 429, 545 (Necrologium) – Lepaige I 331 – Lettr. com. Urbain V 1349 – LThK X 709 – Lienhardt Eph. Hag. 28, 324 – Marx Gesch. Tr. IV 176/85 – Neubauer Reg. Hornbach Nr. 43, 46, 122, 128 – Paas Prov. Kap. – idem, Vis. cf. indd. – Potthast 26071, 26135 – Pressutti 3228, 5434 – Reg. Imp V cf. ind. I 2, 67 – RepGerm I 5, 7, 144, 244, II 73, IV 360 – Sauerland Urk. RegRhldVat. Arch. I 78, 352, V 366, VI 1155, 1347 – Waefelghem 317 – Zak PAM – E. Baltzer, Histor. Notizen über die Stadt Saarlouis und deren Umgebung, Trier 1865, II 64/112 – J. Burg, Die Regesten der Abtei W. bis zum Jahr 1571, Saarbrücken 1980 – Collection complète des Lois, Decrets, Ordonnances . . ...au Conseil d'Etat, tomes I/V, Paris 1834, cf. ind. – Collection générale des Lois Proclamations . . . et autres actes du pouvoir executif, tome I 1, et 2, II 1, Paris 1792 – F. Cuny, Der Vertrag vom 23. 8. 1581 zwischen Karl III von Lothringen und Philipp

v. Nassau-Zweibrücken betr. der Vogteirechte über die Klöster .... Wadgassen (JbGes. LothrGesch u. Altertumsk. XIII 1901, 145/63) – J. Eich, Les prêtres mosellans pendant la Revolution, Metz s.d. – A. Gain, Liste des émigrés, déportés et condamnés pour cause revolutionnaire du dep. de la Moselle, Metz 1925/32, cf. ind. – H. W. Herrmann, Wilhelm Heinrich von Nassau Zweibrücken 1718/68 (Zschr. f. d. Gesch. der Saargegend XVIII 1968, 313/80) – F. J. Heyen, Die Abtei W. unter der Landesregierung v. Saarbrücken 1581–1766, ibid. XIII 1963, 214/40 – M. Herold/J. Niessen/F. Steinbach, Geschichte der französ. Saarpolitik, Bonn 1934 – (v. Hontheim J. N.) Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica 3 voll. Augsburg 1750 cf. ind. – E. Huhn, Geschichte Lothringens 2 Bde. Berlin 1877, cf. ind. – L. Just, Lothringen und die Saar (Elsaß-Lothringisches Jahrbuch XIV 1935, 143/60) – idem, Das Staatskirchentum der Herzöge von Lothringen-Bar 1445–1633 (AMrhKG V 1953, 223/66) – A. H. Jungk, Regesten zur Geschichte der ehemal. Nassau-Zweibrückischen Lande bis 1381, Saarbrücken 1914/19 cf. ind. – A. Köllner, Geschichte des vormaligen Saarbrücker Landes und seiner Regenten, Saarbr. 1841/42, I 61, 68ff., II 455/59 – B. J. Kreuzberg, Zur Saarpolitik Frankreichs in den letzten Jahrzehnten vor der französ. Revolution (Rhein. Vierteljahrsbll. II Bonn 1932) – Ph. Lauer, Bibliothèque Nationale. Collections Manuscrites sur l'Histoire des Provinces de France, Inventaire., Paris 1905/11, I 311, 436 – L. Lecestre, Abbayes, prieurés et couvents d'hommes en France d'après les papiers de la Commission des Réguliers, Paris 1902, 45 – P. Lesprand, Les derniers jours de l'Abbaye de Wadegasse (JbGesLothr. Gesch. u. Altertumsk. XXIII, Metz 1911, 473/549) – N. Lohmeyer, Die Meister barocker Kunst an der Saar und ihre Auftraggeber (Zschr. Rhein. Ver. Denkmalpfl. u. Heimatschutz XXII 1929, 141ff.) – De Lorenzi, Beiträge zur Gesch. sämtlicher Pfarreien der Diöz. Trier, 2 Bde. Trier 1887 – F. Mouty, Einheitsgemeinde W., Jahr der Jubiläen, W. 1975, 47/62, 67/70. Bibliographie 159ff. – R. Parisot, Histoire de Lorraine, 3 vol. Paris 1919/22 xd. ind. – E. Des Robert, Tableau systématique des sceaux de Lorraine, des Pays rhenans et autres, du Trésor des Chartes de Lorraine et des séries anciennes, des Archives de Meurthe-et-Moselle, Bade 1952 – A. Ruppersberg, Geschichte der ehemal. Grafschaft Saarbrücken, 3 Bde. Saarbr. 1899/1903 cf. ind. – H. Sauerland, Vatikanische Urkunden u. Regesten zur Geschichte Lothringens, 2 voll. Metz 1901/05 cf. ind. – W. Trenz, Die Präm. Abtei W. zur Zeit der französischen Herrschaft von 1766 bis 1792 (Bibliotheca Anal. Praem. fsac. 2, Averbode 1961) – M. Tritz, Geschichte der Abtei W., W. 1901, neue Auflage 1978 – W. Zimmermann, Die Kunstdenkmäler der Kreise Ottweiler und Saarlouis, Düsseldorf, 1934, 279/93 – Bll. f. Pfälzische KG XIX 1952, 1/11 – Trierisches Archiv VIII 1905, Nr. 592, X 1906 Nr. 15, 17 – Necrologium edd. Kremer l.c. – Anal. Praem 1982, 156.

### Series abbatum (Tritz, emendata sec. Burg)

Wolfram 1135–58
Fegerinus 1158–
Henricus 1163–
Godefridus 1168–ca. 1200
Helwicus 1202
Peregrinus 1211/ca. 1215
Reiner 1218/ca. 1240
Henricus 1250/68
Nicolaus 1269/88
Johann v. Saarbrücken 1288–
Isenbard 1291/1300
Matthaeus 1300/08
Johannes v. Kaiserslautern 1312
Petrus 1318

Johannes 1325
Rudolphus 1326/39
Reinhold 1339
Wirricus 1339/53
Gerlach v. Randeck 1353/81
Philippus de Flambrun 1381/95
Andreas v. Zweibrücken 1398 res.
Lambert v. Forweiler 1402/12
Johann v. Lautern 1405, 1412/29 res.
Philipp v. Lautern 1429/58
Antonius Jost 1458/76
Johann v. Fritzweiler 1476/81
Paulus Trontz 1481/1506 res.
Paulus Urban 1506–10
Johann v. Tholey 1510–24
Kilian Heilmann 1524–39
Leonhardt Pfalz 1539–51
Siegfried Hültzlin 1552–71
Adam Werbel 1571–79
Claudius Biesten 1579–1607
Johann v. Berus 1607–34
Johann Livensis 1635–36
Philipp Gretsch 1636–67
Johann Adami 1667–77
Petrus Marx 1677–1705
Hermann Mertz 1705–43
Michael Stein 1743–78
Petrus Schmitt 1778–83
Johannes Bordier 1784–92

## WIRBERG B.M.V. et Stus Martinus

Werberc, Mons Virginis
Prope Grünberg, Landkreis Gießen, Oberhessen, Dioc. Mainz

Monasterium duplex, praepositura. Fundatum inter annos 1134 et 48, instigante Ottone comite Cappenbergensi, ab Aurelia, filia Manegoldi de Wirberg, quae ut haeres unica, totam fortunam familiae attulit ut dos, et intravit. Exinde considerabatur in Ordine ut „Venerabilis". Canonia mater, probabiliter erat vicinum Ilbenstadt, eo magis, quod comes Cappenbergensis fuit auctor fundationis. Fontes Ordinis de hoc monasterio nihil sciunt omnino, sed adsunt argumenta sufficientia, quod reapse, et quidem a fundatione sua, ad eum pertinuerit[1]. Mox fuit monialium tantum. Nulli antiquorum indicum est insertum, ideo possumus supponere, hunc parthenonem currente saeculo XIII ab ordine defecisse. Stetit probabiliter sub paternitate abbatum Ilbenstadiensium, et licet eum addicere Circariae Vadegotianae. Filia: Immichenhain, de quo vide infra sub dubiis.

Ultimis saeculis Wirberg certe pertinuit ad ordinem Sti. Augustini. Anno

[1] In Vita Sti. Godefridi Cappenbergensis (vide sub Cappenberg) p. 134 legimus de „Werberc, quod ibi adhuc floret monasterium fratrum et sororum", et anno 1250 invenimus in charta quadam asceterii Meerholz (Reimer Nr. 261) „Reinoldum sacerdotem et confratrem in Werberc".

1527 suppressum est, bona eius pertinent ad Universitatem Giessensem. Pauca rudera supersunt.

Archivalia: StA Darmstadt: 60 dipl. 1257/11510. Reliqua omnia saec. XVI tantum (cf. DERSCH).

Bibliographia: BAUR I – DERSCH Hess. Klb. 1:120, 2:157 – IDEM, Neuere Veröff. 73 – DIEMAR cf. ind. – GROTEFEND I 201 – GUDENUS I 189 – HHD IV 442 – KUCHENBECKER VI 443 ff. – LIENHARDT Eph. Hag. 74 (de B. Aurelia) – RAM (Will) I, II – ROMMEL I, III – SCRIBA cf. ind. – WAGNER Geistl. Stifte I 50 WYSS 1–3 – ZAK PAM 9 – N. DIEFENBACH in AHGA VI 1851, 239 ff. – A. ECKARDT, Die oberhess. Klöster, Regesten und Urkunden (Veröffentl. der Hist. Kom. f. Hessen 9, Marburg 1977) 687/861: Regesta Wirbergensia 1149/1536) – N. GLASER, Zur Geschichte des Klosters W. (Gießener Gymnasialprogramm 1856) – W. MÜLLER, Die althessischen Ämter im Kreis Gießen, Marburg 1940, 117 ff. – N. RÖSCHEN, Aufdeckung von Klostergebäuden in Wirberg (Quartalbll. des Histor. Vereins für das Ghzm. Hessen NF 2, 1900, 863 ff.) – N. WAGNER, Regesten von Wirberger Urkunden (AHGA VI 1856, 318 ff.) – WALBE/EBEL/WALBRACH, Die Kunstdenkmäler des Kreises Gießen, 1. Nördlicher Teil, Darmstadt 1938 S. 156 ff. – Anal. Praem 1982, 157

### Praepositi (ECKARDT)

Hartwig 1149
Bernhelm 1193
Wigand 1210/27
Werner 1243/50
Baldewin 1277/86

### Magistra

Irmentraud 1215
Gertrud 1263
Irmgard 1311

## DUBIA

HEILIGENBERG (Mons Stæ. Felicitatis)
vide supra apud Lorsch, Nota.

## IMMICHENHAIN B.M.V. et St. Joannis Evang.

Heinichen, zum Hain, in Indagine, Emmechen-, Ymchenhagen

Kreis Ziegenhain, Oberhessen, Diœc. Mainz. canonia duplex O.S.A., fundata circa annum 1173 vel 75. 1231 adhuc „fratres et sorores“, postea moniales tantum. Ab anno 1263 subiectum erat asceterio Wirbergensi. Si illud tunc adhuc fuerit ordinis Præmonstratensis, forsan etiam Immichenhain huic nostro ordini aliquamdiu adhæsit, ut putant Dersch et alii. Argumenta

authentica ad confirmandam hanc hypothesim vero non habemus. Ceteroquin notum est ut parthenon O.S.A. Anno 1527 suppressus est.

Literatura: DERSCH, Hess. Klosterbuch 1:76 (O.S.A.), IDEM, Neuere Veröffentl. 73 (forsan O. Præm) – K. SCHARLAU, Siedlung und Landschaft im Knüllgebiet, Leipzig 1941, passim

## KLEINBOCKENHEIM

In palatinatu. Secundum Hugo II 497 monasterium – revera erat curia abbatiae Vadegotianae.

## MERZIG St. Petrus

Marcetum, in Marcete cella

Inter Trier et Saarbrücken, ad Saram flumen, Dioc. Trier.

Præpositura, fundata anno 1152 pro canonicis OSA a Hilinone Archiepiscopo Trevirensi et Wirico de Walcourt (cf. Freisdorf et Justemont). Filia de Springiersbach[1]). Quia dotatio non erat sufficiens, mox iterum est derelicta, et anno 1156 tradita abbatiæ Vadegotianæ, quæ ibi præposituram dependentem instituit. Ecclesia romanica, adhuc exstans, tam ampla est et speciosa, ut vix credere possimus, ibi non saltem initio fuisse vere domum formatam cum vita conventuali, quod manet tamen dubium. In posterum in omnibus participavit sorti canoniæ matris Wadgassen. Anno 1802 suppressa est, ecclesia est parochialis, præpositura est domus parochi.

Archivalia: StA Koblenz (v. AUSFELD 81) – Pfarrarchiv Merzig.

Bibliographia: HHD V 233/34 – HUGO II 241 – LThK VII 110 – DE LORENZI I 374 – MARX IV 185 – v. BRIESEN, Urkundliche Geschichte des Kreises M., Saarlouis 1863, 182 – N. IRSCH, Die Trierer Abteikirche St. Mathias und die Trierisch-lothringische Bautengruppe, 1927, 179 – N. KELL, Geschichte des Kreises M. 210, 336 – Reichslande Elsaß Lothringen III 215 – M. REISS, Geschichte der ehemal. Präm. Abteikirche (sic!) des hl. Petrus in M. 750 Jahre St. Peter. Propstei von Wadgassen und 1200 Jahre Pfarrei, hsg. vom Kath. Pfarramt M., M. 1966

## PETERSBERG

Prope Gauodernheim, Rheinhessen, Dioc. Mainz

Sanctuarium adnexum asceterio Gommersheim, ubi expositi fuerunt aliqui canonici Arnsteinenses, cuius abbas omnia vendidit an. 1565. Vix fuerat domus formata.

HUGO, Ann. Pr. II 329 – WAGNER, Geistl. Stifte II 74/80

---

[1] Cf. Hane et Steinfeld. Haec canonia Springiersbach, quae Sancto Norberto erat familiaris, videtur idem fuisse pro Rhenania quam St. Pierremont pro Lotharingia (Vide in tomo III in praefatione illius circariae). Factum, quod Wiricus de Walcourt fuit fundator canoniarum Merzig et Freisdorf, insinuat arctas extitisse relationes inter Springiersbach et St. Pierremont.

# RODE-TIEFENTAL

ambo sitæ sunt prope Niederwalluf, Rheingau, Dioc. Mainz, nunc Limburg

## 1. Rode B.M.V.

vff der Roden, Rodichen, zum Rödchen. Nunc loco eius est vicus Neudorf.

Moniales monasterii duplicis de Langenselbold huc sunt translatæ[1] anno 1151, asceterium crectum et dotatum est ab Embrichone Milite de Steinheim. Paulo post, probabiliter anno 1158, videtur esse translatum in vicinum Tiefental, de quo hic infra. Forsan ea de causa, quia ecclesia in Rode ab Archiepiscopo prædita erat iuribus parochialibus.

Deinceps de Rode non amplius fit mentio. Anno 1248 iam fuit domus ordinis Sti. Sepulchri, cui ablata est anno 1525. Ecclesia deinde est peregrinatio B.M.V. Anno 1804 est demolita, loco eius nunc est parvum oratorium.

Archivalia: vide Langenselbold.

Bibliographia: Backmund, Neuere Forschungen 72/74 – Boehmer Will Reg. Arch. Mog. I 345, Nr. 139 – Kleinfeld Weirich 88 – Luthmer I 211 – Reimer I 62, nr. 90 – Sauer nr. 228 – Stramberg Rh. Ant. II 10, 330ff. – Vogel 577 – G. Maldfeld, Auf welche Weise kamen die Kappenberger zu Gütern in der Wetterau? (Friedberger Geschbll. 1925, S. 93) – A. Meuer, Geschichte des Klosters Rode (Nassauische Heimat I 1921, nr. 6) – P. Richter, Geschichte des Rheingaues Rüdesheim 1913, S. 36 – E. Schmidt, Kirchliche Bauten des frühen Mittelalters ind Südwestdeutschland, Mainz 1932, S. 112 – J. Zaun, Beiträge zur Geschichte des Landkapitels Rheingau und seiner 24 Pfarren, Wiesbaden 1879, S. 106 – G. Zedler, Kritische Untersuchungen zur Gesch. des Rheingaues (Nass. Ann. 45, 1921, S. 172/76).

Ut patet ex supra dictis, cum Rode intime fuit connexum

## 2. Tiefental B.M.V.

Dyfendale, Vallis Profunda, Sta. Maria in Valle. Prope Rauental, Rheingau.

Anno 1158 videtur esse citatum ut possessio canoniæ Langenselbold. Anno 1163 iam est asceterium, hoc anno nempe donat Miles Embricho de Steinheim (de quo supra) reliquam partem bonorum suorum monasterio de Tiefental, quod tunc regebatur a præposito et magistra. Non dicitur, ad quem ordinem pertinuerit. Anno 1183 citatur Tiefental tamquam ascete-

[1] Statuitur in documento translationis, quod „moniales cum fratribus sibi necessaria procurantibus subsint praeposito Selboldensi, ita ut sit unus grex et unus pastor, et ut idem victus et vestitus, idem mores, eaedemque consuetudines, idemque officiales pro dispensatione eius utrimque uniformiter teneantur, et nulla sine communi congregationis consensu suscipiatur vel ejiciatur . . .“

rium, ignoti tamen denuo ordinis. Anno 1242 traditur „claustrum de Dyfendal, quondam nigri ordinis“ monialibus Ord. Cist, quæ eo possessione quieta fruebantur ad annum usque 1802. De ædificiis nihil superest.

Adest ergo, ut recte putaverunt iam nonnulli auctores, probabilitas haud tenuis, quod sorores Selboldenses de Rode inter annos 1158 et 63 translatæ sunt in Tiefental, et inde inter 1163 et 73 in Meerholz.

Archivalia et Bibliographia vide sub praecedenti. Specialia: C. Dahl, Kurze Geschichte des Klosters Tiefental (Nass. Ann. III 1842, pp. 71/94) – Stramberg Rh. Ant. II 12, 83/89, 107.

## STEINBACH

Sive Michelstadt (quæ non sunt, ut putat Dahl, duo diversa).
Prope Fürstenau im Odenwald, Hessen, Dioc. Mainz.

Parthenon. Fundatus est (forsan sæculo XI vel ante) ut præpositura monachorum O.S.B., ab abbatia Lorsch dependens. Anno 1232, post expulsionem monachorum, et ante traditionen monasterii ad ordinem Præm., data est hæc „cella“monialibus O.S.B. Regebatur deinceps hoc pauperculum asceterium a præposito, et ab antistita quæ tum abbatissa, tum magistra vocatur. Sunt qui prætendunt, hoc asceterium æque ac Lorsch, post annum 1248, etsi coacte, ordinem Præmonstratensem fuisse amplexum. Cum certitudine supponere licet, Præmonstratenses Laurissanos, qui tamquam reformatores venerant, nihil prætermisisse, ut moniales illas, ceteroquin illis quoad omnia subditas, ad propriam suam regulam traherent.

Atqui expresse in documentis nihil invenitur, quod hanc thesim possit probare. Factum allatum a Dahl, Schneider et aliis, quod nempe asceterio huic præfuit magistra, nihil probat, quia in hac regione etiam beginæ et immo moniales O.S.B. hoc titulo sunt usæ. Anno 1269 Wernerus Archiepiscopus Moguntinus Canoniæ Lorsch incorporat parochiam Steinbach in temporalibus et in spiritualibus. Anno 1542 Præpositus illius canoniæ vendit Comiti de Erbach proprietatem et omnia jura sua quæ habuerat in monasteriolum Steinbach, quod tunc iam desierat. Hæ aliquid innuere videntur. Sed authentice sæculis sequentibus asceterium pluries citatur ut O.S.B.

Nuper vero argumentum invenisse putamus, probantem Steinbach, ut omnino fieri potuit, saltem ad tempus sæculo XIII secundum normam Præmonstratensem fuisse reformatam. In Catalogo nempe Scheftlariensi, de

cuius pondere iam initio sumus locuti, adducitur sub Circaria Vadegotiæ monasterium quoddam Steinbach, et quidem immediate post „Lorse". Si alio loco occurreret, posset dubitari.

Tamen fieri potest, hanc insertionem revera referre ad Retters, quo probabiliter in alio loco dicto Steinbach fuerat institutum, et quod ceteroquin in illo catalogo deest.

De asceterio Steinbach supra allato superest perpulchra ecclesia romanica.

Archivalia (StA Darmstadt referunt ad asceterium OSB.).

Bibliographia: Fontes ordinis, praeter catalogum Scheftlariensem, ignorant – Dahl (vide Lorsch) p. 106 – N. Draudt, Das Kloster Michelstadt-Steinbach im Odenwald (Arch. Histor. Vereins für d. Ghzm. Hessen, XIII 1874, 385 ff.) – O. Müller, Die Einhardsbasilika zu Steinbach, Diss. Leipzig 1940 – G. Schaefer, Kunstdenkm. d. Ghzms. Hessen, Prov. Starkenburg, Kreis Erbach, Darmstadt 1891, S. 261 – N. Schneider, Erbachische Historie pp. 263/64, 287 ff., III 552 – idem, in Nass. Annalen XIII 90 – Wagner Geistl. Stifte I 177/82.

ELENCHUS